



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

11. Tres operationes intellectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Mentis luce, bonum proponitur; appetis illud,
 Prosequeris toto corde, fruique cupis.
 Lux fidei Triadem solùm proponit amandam,
 Est quod ames summum, quove fruarè, bonum.

SYMBOLUM 11.

Tres operationes intellectûs

simplicium apprehensio, compositio, Discursus.

Est tabulæ primùm mens nostra simillima rasæ,
 Nulla rei species, nullus inestque color.
 Mox subit ens simplex; varijs dêin aucta figuris,
 Quæ disiuncta unit; colligit inde sequens.
 Esse Dei simplex puro signatur ab actu,
 Tres quoque Personas actio trina refert.

N. Homo intelligendo fit quasi omnia, ut ait Arist. 3. de An. quia omnium rerum imagines & simulacra in phantasiâ & mente sibi efformat. In quo etiam quamdam Dei similitudinem representat.

SYMBOLUM 12.

Tres hominis appetitus.

Rationalis, & Duo sensitivi, concupiscibilis, & irascibilis.

Bonum enim, quod est obiectum appetitûs; vel apprehenditur per intellectum & est appetitus rationalis; vel per sensum in quantum conveniens, sensuque delectabile, & est concupiscibilis; vel ut arduum, & licet non sit delectabile secundum sensum, tamen conveniens secundum aliquam commoditatem, & est irascibilis.

Unus est animæ triplex selecta cupido,
 At ratio summum regia c ulmen habet,

E e

Ira ve